-nibus suis. Sancti ergo ste
phani natalem celebramus
et cum beata veneratione colimus.
Celebravimus hesterno die na
talem domini. celebramus ho
die natalem servi. Freque
tamus nativitatem salvato
ris. frequentemus et natalem
sancti stephani martiris. Dominum
ihesum peperit incorrupta vir
go maria. et stephanum
gloriosum ad palmam mar
tirii perduxit sancta vic
toria ipso opitulante qui vi
vit et regnat in secula se
culorum. Amen. Sermo beati au
gustini episcopi de miraculis sancti ste
phani prothomartiris libro xxii de civitate dei

Ad aquas tibilitanas epi
scopo preiecto afferente reliquias glorio
sissimi martiris stephani gloriosissi
mi memoria. Veniebat
magne multitudinis concursus
et occursus. Ubi ceca mulier
ut ad episcopum duceretur oravit.
flores quos ferebat dedit.
recepit. oculis admovit.
protinus vidit. stupentibus qui
aderant. preibat exultantibus
viam carpens et vie ducem
ulterius non requirens. Sancti eo
rum memoria martiris que po
sita est in castello sinitensi
quod ypponiensi colonie vi
cinum est. eiusdem loci lucillus
episcopus populo precedente atque se
quente portabat. Fistula cuius
molestia iam diu laboraverat

et familiarissimi sibi medici qui
eum secaret opperiebatur. manus
lucubris pie sarcine vectatione
repente sanata est. Nam deinceps
eam in suo corpore non in
venit. Eucharius est presbiter
ex hyspania calami habitat
veteri morbo calculi labora
bat. per memoriam predicti martiris
quam possidius illic advexit
episcopus salvus factus est. Idem
ipse postea alio morbo prevales
cente mortuus sic iacebat
ut etiam pollices ligarentur. opi
tulatione memorati martiris cum de
memoria eius reportata esset
et superiacerent corpus iacentis
ipsius presbiteri tunica suscitatus est.
Fuit ibi vir in ordine suo pri
marius martialis nomine evo
iam gravis et multum abhorrens
a religione christiana. habebat
sane filiam fidelem et generum
eodem anno baptizatum. Qui cum
eum egrotantem multis et magnis
lacrimis rogarent ut fieret chri
stianus prorsus abnuit eosque a se
turbida indignatione submo
vit. Visum est genero eius. ut
iret ad memoriam sancti stephani
et illic pro eo quantum posset oraret
ut deus illi daret mentem bo
nam qua credere non differret in
christum. Fecit hoc ingenti gemitu
et fletu et sinceriter ardenti
pietatis affectu. deinde ab
scedens aliquid de altari florum
quod occurrit tulit. eique cum
iam nox esset ad caput posuit.
Tum dormitum est. Et ecce ante di
luculum clamat ut ad episcopum

It sermo beati augustini episcopi de miraculis sancti stephani
Ex libro xxii beati augustini de civitate dei

curaret. qui meum tunc fonte erat apud yppone. Cum ergo cum audisset absentem venire presbiteros postulavit. venit. credens se dixit. Admirantibus atque gaudentibus omnibus baptizatus est. Hoc ergo qui iam in ore habebat Christe, vivit in ore habebat Christe accipe spiritum meum. cum hec verba beatissimi stephani qui lapidatus est a iudeis ultima fuisse nesciret que huic quoque ultima fuerunt. Nam non multo post etiam ipse defunctus est. Sanati sunt illic per eundem martirem etiam podagrici duo. civis unus. peregrinus. sed civis omnimodo. peregrinus autem per revelationem quid adhiberet quando doleret audivit. et dum hoc facit dolor continuo conquiescit. Audurus nomen est fundi ubi ecclesia sita fuit et in ea memoria est beatissimi stephani puerum quendam parvulum cum in area luderet exorbitantes boves qui vehiculum trahebant rota obtriverunt. et confestim palpitavit exspirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam posuit. et non solum revixit verum etiam illesus apparuit. Sanctimonialis quedam in vicina que caspali caspiliana dicitur cum in egritudine laboraret ac desperaretur ad eandem memoriam tunica eius allata est. que antequam revocaretur illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt cadaver eius parentes eius et recepto spiritu salva facta est. Apud yppone bassus quidam sirus ad memoriam eiusdem martiris orabat pro egrotante et periclitante filia eoque secum vestem eius attulerat. Et ecce pueri de domo occurrerunt qui ei mortuam nuntiarent. Sed cum orante illo ab amicis eius exciperentur prohibuerunt eos illi dicere ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset iam suorum eiulatibus personantem et vestem filie quam ferebat super eam proiecisset reddita est vite. Rursus ibidem apud nos herenei cuiusdam collectarii filius egritudine extinctus est. Cumque corpus iaceret exanime atque a lugentibus et lamentantibus exequie pararentur amicorum quidam eius inter aliorum consolantium verba suggessit ut eiusdem martiris oleo corpus perungeretur. Factum est et revixit. Item apud nos vir tribunitius super memoriam martirum que sub urbano eius est egritudine exanimatum posuit infantulum filium et post orationem quam multis cum lacrimis ibi fudit viventem levavit. Uzali etiam que colonie utice vicina est multa preclara per eundem martirem facta cognovimus. cuius ibi memoria longe prius quam apud nos ab episcopo euodio constituta est. Cum enim nos illic essemus petrina clarissima femina ibi mirabiliter ex magno atque diuturno in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant languore sanata est. Hortati sumus vo-